

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis ar
cum fonte primo

Ypocrisis subtile malum, secretum uirus,
uenenum latens, uirtutum fucus, tynea sanctitatis.

Ypocrisis secreta simulat, prospera fallit, curiosa mentitur,
et crudeli arte uirtutes truncat mucrone uirtutum;
ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem uacuat,
misericordiam miseratione prosternit.

Ypocrisis cognata febri, frigido poculo propinat ardorem.
Quod corporibus est ydropis, hoc ypocrisis animabus;
hoc est, ydropis bibendo sitit, ypocrisis inebriata est siti.

Petrus Rauennas in sermone.

Hypocrisis subtile malum, secretum uirus,
uenenum latens, uirtutum fucus, tinea sanctitatis.

Aduersa omnia nituntur uiribus suis, armis suis pugnant,
inpugnant palam; unde et cauentur tam facile quam uidentur.

Hypocrisis secreta simulat, fallit prospera, curiosa mentitur,
et crudeli arte uirtutes truncat mucrone uirtutum;
ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem uacuat,
misericordiam miseratione prosternit.

Hypocrisis, cognata febris, frigido poculo propinat ardorem.
Quod corporibus est ydropis, hoc hypocrisis animabus:
hoc est, ydropis bibendo sitit, hypocrisis inebriata sitit.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 7.1 (CCSL 24A,
A. Olivar ed., pp.49-50, ll.9-19).